

Juliusz Domański (Warszawa)

Janusz Tazbir (Warszawa)

## Kazanie Piotra Skargi po bitwie pod Byczyną

Kazanie to, wygłoszone 30 stycznia 1588 r. na zamku krakowskim, znane było do-tychczas jedynie ze streszczeń, jakie zamieścili Maurycy Dzieduszycki<sup>1</sup> i Tadeusz Grabowski<sup>2</sup> w swych monografiach królewskiego kaznodziei. Obaj autorzy korzystali z konspektu kazania, zachowanego w rękopisie nr 168 Biblioteki Zakładu Narodowego im. Ossolińskich, fol. 139—142v. (w obecnej numeracji: fol. 178—181v.), który to manuskrypt, stanowiący zbiór różnorodnych materiałów źródłowych, pozostał we Lwowie<sup>3</sup>. Obecnie konspekt ten przedrukowujemy *in extenso*. Jego szkicowy charakter widoczny jest przede wszystkim w obcym raczej stylistyce Skargi schematyzmie (liczne tytuły, nader częste numerowanie poszczególnych punktów, nieraz tylko jednowyrazowych, odznaczających się zresztą tym, iż często brak jest liczby przy pierwszym członie, a wyliczanie zaczyna się dopiero od dwójki. Nie jest to więc tekst całkowicie wykończony pod względem formalnym. Obok myśli mniej lub bardziej wyraźnie urwanych i zamkniętych (dość niestarannie zapisanym) skrótem „etc”, świadczą o tym dwa znajdujące się w obrębie jednego zdania miejsca, w których zabrakło odpowiedniego cytatu biblijnego, przy czym oba razy występuje ten sam mający je wprowadzić zwrot „qui dixit” (w. 88).

Kazanie było wygłoszone przypuszczalnie po polsku; rację miał chyba Dzieduszycki sugerując, iż w tymże języku Skarga sporządził jego konspekt, który przetłumaczył następnie na łacinę ktoś niezbyt biegle znający ten język. Stąd też wynikło wiele polonizmów, błędy składniowe i gramatyczne czy wreszcie swoista bezradność, wyrażająca się w pozostawianiu niekiedy polskich wyrazów, dla których tłumacz nie umiał najwidoczniej znaleźć łacińskiego odpowiednika (por. np. w. 49—51: „Navis debilitata, zdiurawiona antiquitate et crebra reparatione et tot interregnis. 3. Nieporzątkiem. 4. Remiges pessimi”). Ten swoisty charakter tekstu nakazywał lub przynajmniej dopuszczał określone procedury edytorskie. Przede wszystkim niehonorowanie błędów, i to zarówno nader częstych pisowniowych, jak też innych, w tym również błędnych form niełacińskich oraz niegreckich biblijnych imion własnych. Następnie niehonorowanie siedemnastowiecznej pisowni łacińskiej, posiadającej tu, obok cech typowych, także pewne indywidualne osobliwości. Aby ułatwić sobie czynności edytor-

<sup>1</sup> M. J. Rychcicki, M. Dzieduszycki, *Piotr Skarga i jego wiek*, t. II, Kraków 1869, s. 31—34.

<sup>2</sup> T. Grabowski, *Piotr Skarga na tle katolickiej literatury religijnej w Polsce wieku XVI, 1536—1612*, Kraków 1913, s. 350—351.

<sup>3</sup> Por. *Katalog rękopisów Biblioteki Zakładu Nar. im. Ossolińskich*, wyd. W. Kętrzyński, Lwów 1881, s. 309. Obecnie Lwowska Biblioteka Naukowa im. W. Stefanyka AN USRR, rkps Ossolineum nr 168.



skie, a czytelnikom lekturę, wybraliśmy „szkolną” ortografię łacińską, rozpowszechnioną przez podręczniki i większość słowników. I wreszcie, z tych samych powodów, pisownię nielicznych zdań i frazesów polskich na początku konspektu kazania dostosowano do obowiązujących w tej kwestii przepisów<sup>4</sup>, rezygnując i tutaj z zachowania dyplomatycznej wierności. Kazanie Skargi zostało utkane z obfitych cytatów biblijnych: dominuje *Stary Testament*, a w nim księgi najbardziej dostosowane do tematu kazania (*Królewskie* i *Kronik & Machabejskie*, *Judyty*). Starano się zlokalizować nie tylko cytaty, ale i aluzje, co niekiedy nastęrczało niemałe trudności. Wydawcy nie są więc pewni, czy zawsze zdołali trafnie odgadnąć intencje autora.

Pod świeżym wrażeniem tryumfu Skarga napiętnował w swym kazaniu Habsburgów, jako tych, którzy — że przytoczymy jędrne streszczenie Dzieduszyckiego — „na karki wolnych jarzmo włożyć pragnęli, którzy gwałtem nad nami panować i poczytywać nas za swe sługi chcieli”, oraz określał polskich zwolenników arcyksięcia Maksymiliana mianem garstki, składającej się z kilku senatorów i paru przekupionych osób<sup>5</sup>. Jak widać, stosunek kaznodziei do tej dynastii niewiele różnił się wówczas od stanowiska zajmowanego przez szlachtę mazowiecką, pozostawał natomiast w jaskrawej sprzeczności z poglądami politycznymi kierownictwa Towarzystwa Jezusowego<sup>6</sup>. Nic więc dziwnego, iż nie dopuściło ono do ogłoszenia drukiem kazania, którego gwałtowny ton oraz polityczny w znacznej mierze charakter był wyraźnie spowodowany chwilą bieżącą. Również i nadwornemu kaznodziei Zygmunta III nie mogło zależeć na publikacji wystąpienia skierowanego przeciwko dynastii, z którą jego chlebodawca wchodził później w tak bliskie i wielostronne kontakty, zarówno polityczne, jak rodzinne. Ten zapomniany przez następne pokolenia tekst zasługuje jednak, naszym zdaniem, na edycję, jako z jednej strony interesujące źródło do nastrojów politycznych, które panowały w początkach rządów pierwszego Wazy na polskim tronie, z drugiej zaś jako dokument mówiący o sylwetce psychicznej samego Skargi. W kazaniu tym bowiem spod jezuickiego habitu wyjrzała jego rogata, mazurska dusza.

<sup>4</sup> K. Górski i inni, *Zasady wydawania tekstów staropolskich*, Wrocław 1955, s. 92 i n. (wydawnictwa typu B).

<sup>5</sup> Rychcicki, *Dzieduszycki*, *op. cit.*, t. II, s. 33.

<sup>6</sup> Por. J. Tazbir, *Piotr Skarga, szermierz kontrreformacji*, Warszawa 1978, s. 63 i 123.



**Reverendi Petri Skarga****Contio****in arce Cracoviensi coram Rege****post obtentam victoriam de Germanis et capto Maximiliano apud Byczynam**

5

**Dominica 4 post Epiphaniarum 1588.**

10

15

20

25

30

'Gratias agamus Domino Deo nostro'. Respondentes: 'Dignum et iustum est'. Repetit sacerdos: 'Vere dignum et iustum est, aequum et salutare'. Rex quidem in his verbis missae magnam habuit considerationem et igne devotionis accensus magnas lacrimas effundebat etc. 'Dignum': propter largientis excellentiam. Magnus est enim Dominus Deus noster. 'Quis prior dedit illi?' Nikt go sobie niespowinowacił. Potest omnes contemnere. Nullius eget. Quodam tempore, cum apostoli evasissent periculum naufragii cum Petro, applicit < i > ad litus adoraverunt eum dicentes: 'Vere filius Dei es'. 'Iustum'. Exigit iustitia, ut benefactori gratitudo exhibeatur. Sed quia non potest sicut debet, nam non permittit et nostra imbecillitas et largientis dignitas, ideo agat gratias sicut potest. 'Aequum est': ut Dominus Deus et ipse nos iuвет in agendis gratiis et ea, quae potest misera et infirma nostra fragilitas facere, suscipiat. 'Salutare'. Non enim sola Dei beneficia nos salvos faciunt, sed etiam gratitudo, cum eis bene utimur et non abutimur. Ut ergo beneficio isto victoriae, quae afferet nobis tranquillitatem, sicut speramus, in Domino bene utamur, in praesenti contione considerabimus 1. magnitudinem periculi, in quo eramus, in quibus ventis et quanta iactatione; 2. media ad liberationem; 3. beneficii magnitudinem; 4. gratitudinis modum et gratiarum actionem.

Ad primum. Navis Reipublicae nostrae iactabatur ventis, peccata clamabant contra nos in caelum: 'Vindica, Domine, vindica'. Et sic Deus, irritatus peccatis nostris, voluit ea punire. Exemplum habemus de arbore infrugifera et inutili, quam noluit paterfamilias sustinere in horto suo; verum vinitor,



35 hoc est aliquis sanctus et patronus, rogavit: 'Dimitte illam,  
domine, et hoc anno'. 2. Iactabatur etiam interregno et defectu  
gubernatoris et dissolutione omnium magistratuum. 'Ubi non  
est gubernator, corruiet populus', inquit propheta. Si quis  
ventus potuit nos subvertere, certe talis electionis modus,  
40 in quo regnant omnes, eligunt regem omnes, discordes et seditiosi.  
Unde bella civilia, homicidia, rapinae etc. successerunt. Dicit  
propheta: 'Quomodo facta es meretrix, civitas fidelis, plena  
iudicii? Iustitia habitavit in ea, nunc autem homicidae principes  
tui, infideles, socii furum' etc. Ideo poena haec sequebatur:  
45 'Terra vestra deserta. civitates succensae igni, regionem vestram  
coram vobis alieni devorant. Desolabitur sicut in vastitate  
hostili et relinquetur filia Sion sicut umbraculum in vinea'  
Turcarum, Tartarorum ac Moschorum incurso, qui ventus non  
est modo immissus. Quis vos retinuit. et Turcae et Moschus?  
50 Quis est, qui te perterruit? Navis debilitata, zdziurawiona  
antiquitate et crebra reparatione et tot interregnis. 3. Nie-  
porzątkiem. 4. Remiges pessimi. Cum agitur de submersione,  
ipsi litigant. invident. contendunt, suas sarcinas curant. nesci-  
entes se cum sarcinis, si navis dissoluatur, submergendos.

55 Quantum erat periculum: Eodem modo potuit iste exercitus  
nosse, eadem sicut et illorum perire, et similiter dux militum  
capi, sicut et illorum exercitus periit et princeps captus est.  
Hoc conflictu illi parum amiserunt; nos, si aliter sors cecidisset,  
omnia amissemus: libertates, fortunas. Quem alium exercitum  
habebamus ad defendendos nos? Erecti erant animi hominum  
60 adversariorum et turbatorum contra nos, qui nos conati sunt  
opprimere. Quas munitiones habuimus ante Cracoviam?

De secundo. Mediis in victoriis Deus usus est ad  
confundendam hominum superbiam et potentiam humanam.  
Usus est feminis per Iudith et Deborah. 'Nova bella elegit  
65 Dominus', vere nova, ut una femina humanam potentiam  
contereret. 2. Per unum hominem, sicut per unum Samsonem.  
Potest Deus vim suam infundere in unum debilissimum ex se,  
sicut cum arundo ferro interius communitur. 3. Per visiones  
et umbras et phantasmata, sicut in obsidione Samariae, cum  
70 omnia reliquerunt castra fugientes. 4. Per immissum malum in  
corda, sicut Philistini, cum Deus graderetur in cacumine pyro-  
rum. 5. Per excaecationem, sicut sub Eliseo. Raro tamen sine  
milite voluit Deus uti vitiis ordinariis. Iussit cogere exercitum  
et cum videretur magnus, iussit dimittere alios, ne in potentia  
gloriantur. Sicut sub Gedeone noluit esse in exercitu formido-  
losos et delicatulos, qui duxissent nuper uxorem, et affectos  
ad domos et aedificia, sed paratos ad mortem.



Haec de gloria militari et mediis humanis. Vide, quid fecerit Ezechias: tamen nullus contra hostem gladium eduxit, sed ab angelo occisi sunt. Ne tamen imperator vel miles suis viribus sibi aliquid tribueret et prudentiae, in quolibet fere conflictu declarat Deus victoriam ita in una re parva esse sitam, ut nullum humanum consilium posset iuvare. In illo conflictu Achab in Ramoth Galaad unus ictus sagittae missus in incertum attulit victoriam hostibus. 2. Sub Iosaphat mutuis hostes vulneribus concidunt, miles autem (nota) quando suis confisi sunt viribus, in multitudine et armis, tum perierunt pharao Sennacherib, qui dixit <...>, et Ptolemaeus Nicanor, qui dixit <...>. Quando erant humiles et Dei iustitiam invocabant, vincebant Machabaei.

Alia media efficaciora: 1. paenitentia pauci sunt conversi; 2. plures oraverunt Dominum et euraverunt; 3. bona opera pauci fecerunt.

De tertio. Deus tamen tanto nos afficit beneficio, non quia princeps est humiliatus aemulus regni, non quia fusus est sanguis fratrum, sed quia alia multa sunt adiuncta Dei munera: 1. liberatio patriae, 2. salus regis, 3. salus populi, 4. spes pacis et sublatio nequitiae bellorum.

De quarto. Non verbis, sed rebus agamus gratias, sicut ille leprosus, prosternens se, totum se tradidit Deo; sicut Miphiboset: 'Etiam cuncta accipiat, postquam reversus est dominus meus pacifice in domum suam'; sicut filia Iephte: 'Fac mihi quodcumque sollicitus es concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis, si aperuisti os tuum ad Dominum'; sicut Tobias angelo, Tob. 12 v. 1: 'Quid possimus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Quid dignum poterit esse beneficiis eius? Bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi adhuc poterimus dignum dare? Sed rogemus eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus, quae allata sunt sibi, assumere'.

Rebus agemus gratias, si cor nostrum Domino tradiderimus ad paenitentiam et servandam legem eius, ut nos sibi tamquam ingenuos beneficiis emat et connubiet, ut laetetur benefaciens nobis: 2. si gloriam eius promoverimus. Reges et populus totus ex praeda hostium fecit tabernaculum Domino; item et David et Iosaphat et Ezechias; et quidam rex post acceptam victoriam eiecit idola nec matri suae pepercit. Et Iudas post victoriam dixit: 'Ecce contriti'; tum: 'Venite, emundemus sancta'. Si plantabimus bona opera, quae retinebunt et reducent pacem. 'Quia bona opera inventa sunt in te', gratia Domini curaberis.

Hoc pessimo tempore in hac civitate plantavit Dominus duplicia bona opera. Haec civitatem, ut puto, defenderent.



Et augebantur in istis tumultibus. Haec ergo augeamus, et conservabunt nobis pacem. Et ita pane bene utemur.

125       Prima pars: De causis laetitiae. Agimus gratias et laetamur benedicientes Dominum Deum nostrum. 1. Non quia fusus est sanguis fratrum nostrorum Christianorum. Hoc nomine enim esset miseria et infelix laetitia. Cum duo fratres contenderent et diceret Esau: 'Venient dies luctus patris mei et occidam fratrem meum', mater Rebbeca consuluit, ut alter cederet frater, dicens: 'Cur utroque orbabor filio in uno die?' Si alter occiderit alterum, uterque periiit, unus in corpore, et alter in anima. Vel possunt et in corpore uterque mori et se ipsos conficere. Et si illi ceciderunt, nos etiam, si illis causam praebuissemus, peccassemus graviter. 2. Non propter partam victoriam. Quae enim est victoria et triumphus, cum tuam amittis? Nostri sunt et Germani et Ungari, et Christiani sunt. Prostrato populo cum Absolone noluit laetari, sed flevit, quando populus eius percussus sit, licet regnum recuperaverit. 3. Non propter spolia accepta. Quem enim spoliamus? Illos, qui contra Turcas et Tartaros et Moschos possent nobis esse auxilio. Cum accepissent Israelitae ex Iuda captivos, occur<r>it eis propheta Oded. Sed laetamur et agemus gratias Domino Deo nostro:

130

135

140

145       1. Quia defendit nos ab his, qui devorabant nos et imminebant cervicibus nostris. Non enim nos venimus ad illos, sed illi ad nos, oppugnantes nos et civitates nostras et volentes invitis dominari et quasi servos subiugare.

150       2. Quia Deus fecit iudicium et iustitiam, cum non esset alius modus nec aliud tribunal. Iustissima est causa nostra, qui stabamus in his partibus, in quibus fuit universalis consensus omnium ordinum, omnium palatinatum, omnium episcoporum, omnium civitatum. Illa iniquissima, in qua aliquot fuere senatores, alii paucissimi, vel stipendia capientes vel desperati et amaro animo et oppressi aere alieno et vindictae cupiditate de rebus privatis pleni, qui propter suas sarcinulas submergere navem totam Reipublicae volebant. Clamavimus: 'Deus, qui sedes super thronum et iudicas iustitiam' etc. Convenerunt ad David omnes, qui erant in angustia constituti et oppressi aere alieno et amaro animo, et factus est princeps Maximilianus. Itaque, sicut Davidi nuntiatum est per illum Chusi post partam ex Absolone victoriam: 'Iudicavit pro te Dominus hodie de manu omnium, qui surrexerunt contra te', idem nuntiatum est regi: 'Uczynił Pan Bóg decret za tobą. Bo inszego sądu nie było, jedno per ferrum'.

155

160



165 3. Laetamur, quia humiliati sunt male volentes patriae,  
 proditores stulti et filii Belial, superbi et inoboedientes, et qui  
 se ipsos et nos praecipitare volebant, aliena arma inferentes  
 contra nos. Laetamur, quia seditiosi et latrones quidam ex  
 170 his sunt capti, qui spoliabant domos privatorum, non parcebant  
 pudicitiae, immo nec templis. Et canimus: 'Dispersit superbos  
 et exaltavit humiles'.

4. Laetamur, quia rectam viam prostrata sinistra Dominus  
 approbavit. Nam Sigismundi electio bona et sincera fuit,  
 in qua nihil datum est affectibus, sed excusatum regnum.  
 175 Immo nec militibus rex noster stipendia dedit ex suo, sed senatores  
 omnes, amore Reipublicae permoti, sua hilariter obtulerunt.

5. Laetamur, quia affulget optima spes pacis. O infelix  
 bellum! Sed bonum bellum non potuit aliter pax consequi  
 nisi per ferrum.

180 6. Laetamur, quia seditiosis et inquietis civibus amputatur  
 occasio ad tumultus et discordias, et ad veritatem confirmandam  
 magnum est additum praesidium et pondus ista victoria.

7. Laetamur, quia ex summo et extremo periculo liberati  
 sumus. Si noster dux et miles occubisset vel captus fuisset,  
 185 cogitate: quid erant secutura? in quam tenui filo res nostrae  
 fuerant positae? Illi parum amiserunt, nos omnia amissemus.  
 Ubi enim fuit alius exercitus, qui se insolentibus victoria  
 opposuisset? Penetrassent non tantum Cracoviam, sed per totam  
 Poloniam fuissent grassati.

190 Agimus ergo gratias 1. Domino Deo, cuius est misericordia  
 et potentia; 2. regi, 3. duci militum; 4. militibus; 5. paeni-  
 tentibus et orantibus.

De gratiarum actione verbali. De primo. Deo omnia  
 tribuamus. Nullis eius providentia illustrius et gubernatio cer-  
 195 nitur. Quando erigitur potentia humana et non se Deo humiliat,  
 qui dedit illam, [tum] in exercitibus maxime, tum Deus uno  
 parvo vento vel verbo vel pluvia omnia subvertit. Videte exempla.  
 Quid potentius exercitu Assyr < iorum > cum Holoferne? Ecce tibi  
 unam feminam, per quam omnia Deus contrivit. Item de Debbora:  
 200 'Nova bella elegit Dominus'. Vere nove bella ut femina esset dux  
 exercitus contra Sisarrae infinitam et ferocem aciem robustis-  
 simorum. Cum Philistini occurrissent et eorum exercitus, unus  
 Samgar vomere arrepto percussit 600 viros et fugavit exercitum.  
 Unus Samson non iam vomere, sed ossi et mandibula asini  
 205 percussit mille viros et prostravit exercitum. 2. Deus confun-  
 dit humanam potentiam et in arundinem mittit. Tota humana  
 potentia est tamquam arundo. Ideo Dominus in coronatione  
 illam gestavit. Nisi ferri sit intus munita pietate et Dei



210 cultu, mox frangitur. Ferrum suae potentiae et prosternit  
 exercitum. Samson erat palea et arundo, sed Dei robur erat  
 in illo tamquam ferrum. Non capillis erat tribuendum, sed  
 ideo capillis tribuebatur, ut in re debilissima Dei fortitudo  
 215 demostretur. [Tota humana etc.] 3. Virorum fortitudo est in  
 corde, non in manu. Timidus, etiamsi sit fortissimus, viribus  
 nihil potest. Praestruere omnia membra: consternentur; Deus autem  
 cor humanum movet. Et exterret illud et animat, sicut vult.  
 'Immittam terrorem in inimicos tuos'. Zara Aethiops habuit  
 220 contra Asam regem Iudae decies centena millia. Dominum  
 invocavit Abias. 'Exterruit Dominus Aethiopes coram Asam  
 et Iuda, fugeruntque et persecutus est eos'. 4. Solo sonitu  
 et phantasmate fugat exercitum ingentem. 'Dominus sonitum  
 225 audire fecerat in castris Syriae curruum et equorum et exercitus  
 plurimi, dixeruntque ad invicem. Ecce mercede conduxit adversum  
 nos rex Israel reges Hetheorum'. 5. Excaecat et inducit in  
 230 civitatem inimicos, sicut fecit Eliseus. 6. Unico luto et pluvia to-  
 tum exercitum destruit. 7. Vermibus et culicibus devastat  
 exercitum, sicut in Aegypto; et in vita Iacobi Nisibitae Persarum  
 potentiam irrisit Dominus. Unico vento vel solis radiis, qui  
 oculos pugnantium excaecat vel impedit, facit victoriam. Ideo  
 exercitum illum, in quo erant 185 <milia> Sennacherib,  
 235 vocavit Ezechias rex brachium carneum, quod carne debilius.  
 Miesna moc, nie zelazna, ktora ita uno ictu angeli corruerunt.  
 Ideo dixit ille fortis miles: 'Benedictus Dominus Deus meus, qui  
 docet manus meas ad proelium et digitos meos ad bellum'.  
 Item vocatur Dominus Deus exercituum, quia exercitibus  
 et viribus humanis irridendis et delendis potentiam suam ostendit.  
 Illi ergo acceptam feramus victoriam.

240 Dic aliqua particularia in illo bello: 1. Quia nostris loco  
 cesserunt. 3. Quia | Deus exterruit alios, ne confligerentur.  
 4. Quia eodem die auctus est eorum exercitus, ut illos falleret  
 et seduceret. 5. Quia cum fugere possent, capti sunt tot  
 nobiles. 6. Quia stulte contra Deum blasphemarunt dicentes:  
 'Nostra est victoria'.

245 De secundo. Regi agenda gratiae. Adoravit populus Deum  
 et deinde regem. Per reges Dominus tamquam ministros suos  
 operatur. Eorum est auspiciis victoria. Nisi fuisset Domino  
 Deo charus Ioab eius, non fuisset consecutus tot triumphos.  
 Quando voluit egredi ad bellum, prohibitus est et audivit:  
 250 'Tu unus pro decem milibus computaris. Non exhibis nobiscum  
 ad proelium'. Considerate: antequam esset rex unctus et  
 benedictus a Domino, antequam traditus illi esset a Deo  
 gladius, nihil tale potuit fieri, etiamsi hostes multo fuissent



debiliores: praesertim cum recederent ab hac urbe, poterant facile opprimi. Sed Deus unctioni servavit victoriam.

255 2. Sub rege coronato animati sunt omnes; unitas et concordia strictior esse coepit; discordes reconciliati sunt.

3. Senatui. Qui curarunt hanc expeditionem et ex suis collegerant pecuniam, qui spoliarunt suas mensas et vestes, qui sana et recta dederunt consilia, una cum nuntiis terrarum, 260 quibus Deus mercedem retribuet.

Duci militum. De quo dici recte potest: 'Vir magnus et honoratus apud Dominum; per illum enim dedit Dominus Syriae salutem (Poloniae); vir fortis'. Quis regi charior et proximior esse debet quam iste, qui pro rege et eius regno 265 ponit animam suam? Ideo dixit Heliseus: 'Numquid habes negotium et vis ut loquar regi sive principi militiae?' Item Abimelech et Phicol dux militum venit ad Isaac.

Militibus debere illa dixit, cum gratias ageret Domino pro victoria, cum caneret canticum: 'Qui sponte obtulistis 270 animas vestras ad periculum, benedicite Domino'. Item: 'Cor meum diligit principes Israel. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Dominum'. Vere sunt diligendi: Quod habent omnium pretiosissimum, hoc obtulerunt Deo pro patria, pro rege, pro populo, pro ecclesia, vitam scilicet. 275 Vere sunt diligendi, quia fortiter egerunt nec sunt exterriti hostium multitudine et animositate desperatorum. 3. Quia obtulerunt suum sanguinem, sicut martyres, pro Republica et nobis omnibus. Illi sunt immolati, ut nos liberarent. Ideo de David dicebatur, cum pugnasset contra Goliath: 'O rex, sis 280 gratus, dicebat Ionathas, ne pecces in servum tuum David, quia opera eius bona sunt tibi valde, et posuit animam suam in manu sua'. Zdrowim swoim cisną iako piłą mówiąc: 'Moriatur cum inimicis populi', 'et percussit Philisteum, et fecit Dominus salutem magnam'.

Nota: 1. Deum non spectare militum peccata, cum pugnant 285 in causa iusta et pro patria. Sunt quidem pessimi, raptores, homicidae; sed ideo non puniuntur in bello, quia agunt causam Dei et patriae. Sicut in ingratis est vir pessimus, tamen per eum Deus decernit iusta. Ideo non nimium terreamini. 290 Nec ego fui consternatus videns illorum peccata. 2. Optimum est coercere illos et restituere disciplinam. Immo dixit rex: 'Dimittamus illis rapinas, quia obtulerunt vitam pro patria et peccata sua redemerunt sanguine'.

De praemiis militum. Talibus reges benefaciant vivis. Talibus conferant vacanceas mortuis. Talibus ostendant gratiam: 1. in 295



viduis et pupillis, 2. in hospitali militiae, 3. in oratione pro illorum animabus.

300 Agendae sunt gratiae paenitentibus et orantibus et bona opera facientibus, qui levabant manus suas ad Dominum, dum illi pugnabant, et hac ipsa hora.

Haec tria conservarant regnum; hoc et conservabunt, si et augebuntur.

305 Secunda pars: De gratitudine reali. Rebus ipsis gratias agamus. 1. Relinquamus peccata et ad implendam legem Dei nostri totum cor et animam convertamus. Moveamur Dei beneficiis tamquam ingenui et bonae indolis filii. Laetatur Dominus bene faciens nobis. O, cum quanta charitate dat nobis sua dona! Sed tristatur, cum sumus ingrati, et dicit: 'Filios enutrivi et exaltavi, illi autem spreverunt me'. Postea dicit: 310 'In interitu vestro ridebo'. Populus liberatus a pharaone cum recepisset spolia, studuit legi divinae in deserto; ut fugerent peccata, erudiebatur a Domino. <2.> Promoveamus laudem et gloriam Dei post victorias, sicut in deserto ex spoliis extruxerunt tabernaculum. Et David accepta parte ex hostium praeda in thesauros Dei tanta contulit ad extruendum templum. Et Machabaei 315 post victoriam dixerunt: 'Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta et renovare'. Mundemus 1. exterminando haereses, non vi, non ferro, sed vita optima, doctrina, disputationibus, conversatione; 2. arcendo scandala, abstrahendo illis potestatem nocendi. Praecepit Iudae Asa rex, ut oraret Dominum Deum patrum suorum et facere[n]t legem et universa mandata; abstulit aras et fana. 3. Quod sequitur 'Regnavit in pace'. Antiqui fundabant monasteria, collegia; et Iagellones illi tot fecerunt fundationes, cum Dominus daret 320 illis victorias. 3. Iustitiam et misericordiam plantemus in regno. Haec erit gratitudo bona. De qua propheta: 'Indicabo tibi, homo, quid sit bonum et quid Dominus requirat a te. Utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum Deo tuo'. Haec illi pro beneficiis rependamus.

330 De iustitia. Ut omnia sint iusta et sancta, ut nemo patiatur iniuriam ab altero, ut rex sedens in solio dissipet omnem iniquitatem in intuitu suo.

De misericordia. Bona opera misericordiae custodiunt Rempublicam ab interitu: 'Iram quidem (de Iosaphat) Domini merebaris'. 2. Habemus exempla civitatum Italiae, in quibus 335 aliquando multa vigent peccata: conservantur propter opera pietatis, quae sunt ibi plurima. Haec civitas et arx, in qua tuum solium est, habet multa opera: ideo conservata est. Hoc tempore duo sunt excitata opera insignia hic Cracoviae:



- 340 1. Fraternitas quaedam, quae diebus Dominicis congregatur  
hic ad S. Barbaram et ibi quisque ex fraternitate confert  
eleemosynam in commune, quae deinceps distribuitur pauperibus  
et egenis civibus et viduis secundum cuiusque necessitatem.  
345 Alterum est opus misericordiae, quod Montem Pietatis vocamus;  
ad quod collecti sunt floreni 400 vel 500, ex quibus datur  
pecunia ad vadium, ad certum tempus sine quavis usura.

## PRZYPISY ŹRÓDŁOWE

- 11 cf. Ps. 134,5  
11—12 Rom. 1,35  
13—15 Mt. 14  
32—35 Lc. 13,7—8  
36—37 Prov. 1,14  
41—43 Is. 1,21 et 23  
44—46 Is. 1,7—8  
64 cf. Iudith. 9,1 sqq; Iudic. 4,4 sqq; Iudic. 5,8  
66 Iudic. 15,3 sqq  
68—70 cf. 4 Reg. 7,1—7  
71—72 cf. 2 Reg. 5,23—24; Par. 14,14—15  
72 cf. 1 Reg. 6,18  
75—77 Reg. 18,13—19,36; cf. 2 Par. 32,1 sqq  
78—80 Is. 36,1 sqq  
83—85 3 Reg. 22,34; 2 Par. 18,33  
85—89 cf. Exod. 14,5—31; 4 Reg. 18,13—19,37 (18,28—28: „Audite verba regis magni,  
regis Assyriorum. Haec dixit rex: Non vos seducat Ezechias; non enim poterit erure vos  
de manu mea” eqs); cf. Is. 36,1—37,37; Mach. 11,1—18; 7,26—43 (7,35: “Et iuravit  
[sc. Nicanor] cum ira, dicendo: Nisi traditus fuerit Iudas et exercitus eius in manus meas,  
[...] succendam domum istam”)  
99—100 Mt. 8,2—4; Marc. 1,40—45; Luc. 5,12—16  
100—102 2 Reg. 19,30  
102—104 Iudic. 11,36  
105—109 Tob. 12,1—4  
113—115 cf. ex. gr. 1 Par. 18,11; 2 Par. 19,3  
115—116 2 Par. 20,25—30; cf. 4 Reg. 18,3 sqq  
116—117 1 Mach. 4,36  
127—129 Gen. 27,41  
130 Gen. 27,45  
136—138 2 Reg. 18,31—33  
141—142 2 Par. 28,8—11  
157 Ps. 9,5  
158—160 cf. 1 Reg. 22,2  
161—163 2 Reg. 18,31  
166 cf. ex. gr. 1 Reg. 10,27  
170—171 cf. Luc. 1,51—52  
197—199 cf. Iudith. 2,7—11; 9,6—9; 14,16 (“Una mulier Hebraea fecit confusionem  
in domo regus Nabuchodonosor: ecce enim Holofernes iacet in terra”)  
200 Iudic. 5,8  
200—202 4,2 sqq



- 202—203 Iudic. 3,31  
 204—205 Iudic. 15,15—16  
 207—208 Mt. 27,29  
 211—213 cf. Iudic. 16,13—21  
     217 cf. Eccli. 36,2; Ex. 23,27  
 217—219 cf. 2 Par. 14,9—11 (ubi tamen non Abias, sed Asa filius eius Deum invocat)  
 219—220 S Par. 14,12—13  
 221—224 4 Reg. 7,6  
 224—225 4 Reg. 6,18—20  
 225—226 fortasse alludit ad Ex. cap. 14; cf. etiam Iudith. 5,11 sqq  
 226—227 alludere videtur ad Ex. cap. 7 sqq  
 230—231 2 Par. 32,8  
     235 ex. gr. Is. 1,24; 3,15; 22,14; 45,13 et saepius apud prophetas  
 246—247 2 Reg. 14  
 249—250 2 Reg. 18,3  
 261—263 4 Reg. 5,1  
 265—266 4 Reg. 4,13  
     267 Gen. 26,26 sqq  
 268—272 Iudic. 5,2 et 9  
 278—282 cf. 1 Reg. 19,4—5  
 283—284 Reg. 19,5  
 308—309 Is. 1,2  
     310 Prov. 1,26  
 310—311 cf. Gen. cap. 19 sqq  
 313—314 Ex. 25,1 sqq  
 314—315 alludit fortasse ad 1 Par. 28,3 sqq  
 316—317 1 Mach. 4,36  
 320—322 2 Par. 14,4—5; cf. 3 Reg. 15,9—12  
     323 2 Par. 14,5  
 326—329 Mich. 6,8  
 331—332 Prov. 20,8  
 334—335 2 Par. 19,2

#### PRZYPISY TEKSTOWE

47 *incurso corr.: incurso cod.* 66 *contereret corr.: conterreret cod.* 70 *immissum corr.: immistum cod.* 81 *aliquid corr.: aliquis cod.* 101 *Miphiboset corr. coll 2 Reg. 19,30: Miphiliolet cod.* 105—106 *viro isti corr. coll Tob. 12,1: viri isto cod.* 106 *Quid corr. coll Tob. 12,1: Quod cod.* 128 *diceret corr.: dicerent cod.; mei corr. coll. Gen. 27,41: meis cod.* 133 *nos conieci, nam quod cod. exhibet, vix legi potest* 142 *Oded corr. coll 2 Par. 28,9: Obet cod.* 144 *devorabant corr.: devorabunt cod.* 147 *subiugare corr.: sugiugaria cod.* 158 *erant corr.: erat cod.* 167 *praecipitare corr.: praecepitare cod.* 174 *excusatum corr.: ecusatum cod.* 185 *cogitate corr.: cogitare cod.* 188 *penetrassent corr.: penetrasset cod.* 189 *fuisset corr.: fuisset cod.* 200 *ut corr.: et cod.* 215 *consternentur corr.: consternantur cod.* 222 *equorum corr. coll 4 Reg. 7,6: equos cod.* 235 *Item corr.: Ite cod.* 236 *delendis corr.: dolendis cod.* 239 *ante 3 aliquid excidisse videtur* 293 *redemerunt corr.: redimerunt cod.* 332 *intuitu supplevi ex Prov. 20,8: in, lacuna relicta, cod.* 334 *Domini corr. coll 2 Par. 19,2: Domino vel Domine cod.*